

debuissent poni merces predicte et in quanta quantitate, de qua plaza et loco et alijs que fecerint ipsi ducha et consiliarij, nos informent et si casus occurreret quod dicte mercationes subtile conductorerentur Venecias, ante aduentum galearum Alexandrie ordinetur exnunc quod dicte mercationes in nauibus uel nauigis in quibus erunt debeant presentari extraordinarijs qui teneantur sub bonis clauibus et sigillo ipsas poni facere in magazenis et non assignare alicui mercatorum, quorum erunt, nisi qnatuer diebus post aduentum galearum Alexandrie. Et si quis contrafecerit cadat de L pro centenario ualoris mercationum in suis bonis proprijs et committatur extraordinarijs quod inquirant et penas exigant 20 habendo partem ut de alijs sui officij. Omnes.

## 20

**Πρεσβεία Ἀρμενίων 1363.  
Πρεσβευτής ἀρχιεπίσκοπος Ἀρμενίων.**

**Περὶ ἐποικισμοῦ 2000 Ἀρμενίων ἐν Κρήτῃ.**

Αἰτοῦνται τόπον πρὸς ἐποικισμὸν 2000 Ἀρμενίων καὶ τῶν ὑπηρετῶν των, οἵτινες νὰ θεωρηθῶσι Βενετοὶ ὑπήκοοι καὶ νὰ δοθῇ εἰς αὐτοὺς ναὸς ἄλλοτε τῶν Ἀρμενίων καὶ ἀγρὸς ἀνήκων ἄλλοτε εἰς τοὺς Ἰουδαίους. Ἀπαντᾶται, ὅτι δίδεται ὁ ναὸς καὶ ἀγρὸς ὁ ἀνήκων ἄλλοτε εἰς Ἰουδαίους πρὸς ἀνέγερσιν οἰκοδομῶν καὶ ἄλλων χρησίμων, ὅχι δὲ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἡ Βενετία εἶναι διατεθειμένη νὰ ἀπαλλοτριώσῃ οἰκίας ἀνηκούσας εἰς τὴν κοινότητα ἥτις ίδιώτας ὑπὲρ αὐτῶν.

Αἰτοῦνται, ὅπως θεωρηθῶσιν ὑπήκοοι Βενετοί.

Ἀπαντᾶται, ὅτι μετοικοῦντες εἰς Κρήτην ἥτις ἄλλας χώρας Βενετοχρατουμένας θὰ θεωρῶνται Βενετοὶ ὑπήκοοι ἐπὶ τετραετίαν, μετὰ ταύτην δὲ ἡ Βενετικὴ κυβέρνησις ἥθελεν ἀποφασίσῃ ἂν θὰ ἔξηκολούθουν νὰ θεωρῶνται Βενετοὶ ὑπήκοοι. 1363, Ἰουλίου 1.

Fo 23<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LXIII. Indictione II, die primo Julij.

Capta. Cum quidam Archiepiscopus Ariminorum, partium maris Maioris, comparuerit, coram Domino, cum litteris duche et consiliariorum Crete exponens quod ultra famulos II mile Ariminorum libenter uenirent habitandum, in insula nostra 5 Crete, possendo habere locum, et quod sint tractati tamquam Veneti. Et requisito, dicto Archiepiscopo, de loco et modis et conditionibus finaliter fuerit contentus et petierit quamdam ecclesiam antiquam, que est in Candida et uocatur Ecclesia Ariminorum. Et ultra eam, petierit etiam quemdam campum, olim Judeorum, confinantem cum dicta ecclesia pro fiendis habitationibus et alijs sibi 10 necessarijs; uaudit pars ut detur principium facto, et pro bono loci nostri predicti, quod dicta ecclesia, que olim fuit et ad presens uocatur Ariminorum, libere detur eis, et ultra ipsam, detur etiam prefatis Ariminis, campus predictus, olim Judeorum qui est ibi prope, pro habitationibus et alijs necssarijs fiendis sicut petit Archiepiscopus predictus. Mandetur insuper, duche et consiliarijs Crete



quod si circa, uel prope ecclesiam predictam Ariminorum essent aliue domus 15  
 communis uel specialium personarum, de quibus possent, sine damno notabili  
 communis, uel specialium personarum, eis complacere dent et assignent ipsis  
 Ariminis, pro sua habitatione. Et si aliquis lamentaretur de hoc, ducha et con-  
 siliarij prouideant in compensationem illorum, per illum modum, qui sibi melior  
 uidebitur pro spetialibus personis et pro communi, ut dicti Arimini causam 20  
 habeant uenendi ut dictum est. In facto autem tractandi ipsos tamquam Venetos  
 nostros, ordinetur quod omnes Arimini qui uenient habitatum, in partibus Crete,  
 uel in alijs locis nostris usque quatuor annos proximos debeat tractari tamquam  
 Veneti nostri, et a dicto termino in antea prouidebitur de elongatione termini,  
 sicut uidebitur Ducali dominio. Insuper complaceatur dictis Ariminis, secundum 25  
 requisitionem, dicti Archiepiscopi, quod nostra nauigia, super quibus uolent  
 leuari, pro ueniendo, ut est dictum, debeat eos leuari, cum mercibus et bonis  
 suis, tractando eos in nabulo, et alijs omnibus, tamquam Venetos nostros. Et si  
 aliqui uolent leuari sine mercibus, leuentur et accipiatur ab eis pro testa, illud  
 quod sit conueniens. Et si ultra conueniens peteretur ab eis, ita quod non pos- 30  
 sent esse concordes cum nauigijs, nostri consules uel rectores illarum partium,  
 taxent et ordinent, id quod sit conueniens. Et si aliquo casu per illos consules  
 uel rectores non foret taxatum, et predicti Arimini reputarent se grauatos, sit  
 reseruatum Ducali dominio, uel rectoribus nostris locorum, ad que ibunt taxandi,  
 ordinandi et disponendi, sicut eis, melius et justius apparebit. Alij — non 2 — 35  
 non sinceri 1.

## 21

Fo 24<sup>to</sup> Δύνανται νὰ γραφῶσι συστατικαὶ ἐπιστολαὶ πρὸς τὸν Πάπαν ὑπὲρ τοῦ ὑποψηφίου ἐπισκόπου Καλα-  
 μῶνος ἀδελφοῦ Βαρθολομαίου τοῦ τάγματος τῶν ἔρημιτῶν. 1363, Ἰουλίου 10.

## 22

Περὶ ἀναθεωρήσεως δίκης μεταξὺ Ρεγγίνας Ἀζώλη καὶ τοῦ νίοῦ τοῦ Ἀγγέλου Ζένου. Ἡ Ρεγγίνα ἦτο  
 καὶ αὕτη θυγάτηρ τοῦ Ζένου. 1363, Ἰουλίου 16.

Fo 25<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXIII, die XVI Julij. 1

Capta. Cum tempore regiminis uiri nobilis ser Marini Grimani duche Crete  
 in suo primo regimine esset questio inter quamdam dominam Reginam Asolis,  
 que tunc erat pupila, et quemdam filium ser Angeli Geno comissarium dicti  
 patris sui de quibusdam expensis factis per ipsum cuidam sorori ipsius Regine,  
 que Regina sicut dicit, tamquam pupila nesciens uti juribus suis nec habens ali- 5  
 quem sibi consulentem sententiata fuit per absenciam in yperperis CLXV pro  
 dictis expensis factis per eumdem ser Angelum. Et propterea supplicauerit quod

